

Quæ fuscis dissest ille, in brevem summam redacta hæc sunt. cap. 2. ostendit, Corpora in ustione ignis esse passiva perpetua, idque declarat exemplo aliquorum animalium, quæ in mediis ignibus vivere perhibentur. Hinc cap. 3. probat consequens non esse, ut corpus domum loquem necessarium sequatur carnis interitus. Id quidem verum est, docet, de corpore in hoc corruptibili statu positum; quoniam sic est anima connexa huic corpori, ut uterque doloribus cedat, atque discedat; quoniam & ipsa compago membrorum, atque vitalium sic infirmitas est, ut eam vim, quæ magnum, vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima, & eo connectitur modo, ut illud vinculum, sicut nulla temporis longitudine solvitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam caro nunc nulla est, quæ sensum doloris perpetui possit, mortemque non possit, erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est; sicut talis erit tunc & mors, qualis nunc non est. Tum cap. 4. id pluribus exemplis naturalibus confirmat. Et cap. 5. docet, quod tametsi modum ignoremus, quo ignis corpora sine eorum consumptione comburat, non ideo hoc in dubium vocandum esse, quandoquidem multa sunt in rebus naturalibus certissima, de quibus tamen reddi ratio nulla potest, sive rationem & modum ignoramus unde consistere valeant, quorum nonnulla profert. Et soluta cap. 6. quadam objectioni, quam inde gentiles conficere poterant, cap. 7. & 8. conclusit omnipotentiam Dei, qui fecit mundum in celo, in terra, in aere, in aquis innumerabilibus miraculis plenum, cum sit omnibus, quibus plenus est, quod dubio majus, & excellentius etiam ipse mundus miraculum, posse facere ut & resurgant corpora mortuorum, & igne æterni crucientur corpora damnatorum. Hæc Augustinus.

Mihi vero rem hanc consideranti difficultatis propositæ solutionem facillime explicari, ac pene oculis subijci videtur, si id ponamus, in quo jam Philosophi omnes, aut ferme omnes consentiunt, calorem scilicet, aut ardorem vehementem, concitatoque partium corporis motu constare, vel produci, ipsumque ignem corpora calefacere, ac comburere, cum in eâ imprimi hujusmodi motum vehementem, & concitatum (vibrationis, aut vertiginis, vel expansionis sit, parum curo.) Quod igitur pleraque corpora ita agitata tandem consumantur, id cause habet, quod ex eo motu vehementi separantur invicem, ac diffidentur exigue primum, aliæque deinde insolutæ partes, quæ corpora ipsa componunt. Quare si nullas partes dissolvit, aut corpore separari contigerit, calidum illum, ignitumve inter flammam consistet citra ullam interitum, aut consumptionem; quemadmodum etiam naturaliter hoc accidere in quibusdam corporibus experientiaprehendimus. Manifestum est enim, v. gr. in ardenti fornace vexatum, liquidumque insigniter calescere, quin tamen assumatur, aut quidpiam primævi ponderis amittat; quia videlicet per agitationem, & motum nihil à tota mole subijungitur, at evaporatur. Quod ergo naturaliter contingit in auro, intelligi potest ac debet divina virtute futurum in humanis corporibus, ut nova nimirum in ipsis lege constituta, tartarei ignis actione vehementissime concutiantur, & agitentur fibræ eorum, ac partes, quin tamen separentur, aut ipsarum textura dissolvatur. Id evidentius apparet in systemate causarum occasionalium, quod multis philosophis plurimum aridet; juxta quod rem ita declarat quidam ex Anglia scriptor agens de pari argumento, seu de corporibus per miraculum in igne sine læsione persistentibus: "Ex hujus legis (secundum nomen ab ipso posita circa motum) suspensione corpus humanum, rubus, vel aliquid quodvis inflammabile corpus, etiamsi ardentissimo igne undique cingantur, poterunt tamen non comburi, aut in cineres reduci; aut in forte flamma, uti rubus, capiunt, coarctatis in verticem flammis, poterunt non consumi. Ignis enim particule non comburantur in innata ulla virtute, aut insito impetu, ut supra vidimus; sed quia supremus motus Auditor voluit, ut ex occasione hujus impetus ipse dissolvatur, seu comburatur projecta in ignem corpora, velle quoque poterit, ut eadem non dissolvantur."

»vantur, etiamsi rapidissimis ignearum scintillarum cohortibus vorticoso impetu irruentibus impetantur. Ac subinde ostendit etiam quomodo per divinam voluntatem in æternum aliquis vivere valeat, inquit: "possunt enim omnes corporis partes in eodem situ semper retineri: possunt quoque omnes elementares particule à dissolutione cohiberi. Sanguis & alii humores etiamsi perenni, & intestino motu intra se agitentur, impediri possunt, quominus vaporent, seu quominus principia ipsorum diffingantur, aut eorumdem abradantur anguli, quominus eadem particule per habitum corporis non exhalent, & reparatione non egeant. Brevi, tota quanta nunc est corporis materia cum eadem figura, situ, numero, fabrica, & usu partium in statu, in quo nunc est, in perpetuum conservari potest, ac proinde corporis vita in æternum perdurare poterit."

4. Ad postremum tandem argumentum ita respondet S. Gregorius Magnus: "Sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen ejusdem solis ardorem æqualiter sentiunt; quia alius plus æstuat, atque alius minus; ita in uno igne non unus est modus incendii, quia quod hic diversitas corporum, hoc illic agit diversitas peccatorum, ut & ignem non dissimile habeant, & tamen eodem ignis dissimiliter exurat." Verum hæc responsio morale potius sive meritariam, quam physicam causam declarat, cur non una eademque vi, & impressione damnatos omnes Inferni ignis excruciet. Quare aptius, ut mihi videtur, dicendum, ignem illum corporeum, aut juxta plures causas esse mere occasionelem, aut juxta alios instrumentarium divinæ justitiæ vindictæ, ac tamquam Dei instrumentum vim & actionem suam in damnatos imprimere; atque adeo à causa Principe assumi posse ad majus, locum tormentum inferendum. Deus enim, qui demeritorum iniquitatem perfecte cognoscit, ita ignem illum movere, & applicat, ut acris in alios, in alios autem mitius operetur. Quod nemini mirum videri debet, cum & inter nos conspicua sit hujusmodi diversæ actionis experientia. Videmus enim à voluntate unum, idemque instrumentum adhibentis sæpe pendere, quod majorem, minoremve idem imprimat, ac per consequens. De peccatorum æternitate agemus alio articulo.

XII. Cum in Scripturis celebris sit sententia de inferorum portis, paucis hic explicamus, quid nomine portæ Inferum veniat. Rex Ezechias in suo cantico depingens statum, quo reductus esset in angustia morbus, ita rem totam explicat: *Ego dixi in dimidio diei meorum; vadam ad portas inferi.* Jesus Christus Matth. 16. 18. Ecclesiæ suæ spondet: *Portæ inferi non prevalebunt adversus eam.* Quæ phrasi idem facile inducitur, ac in Psalm. 9. 15. *Illud: Qui exaltat me de portis mortis;* & Psalm. 106. 18. *Appropinquaverunt usque ad portas mortis;* & Sap. 16. 13. *Deducti ad portas mortis.* Mortem, sepulcrum, Infernos exhibebant Hebræi ceu regionem, quo ex universo orbe homines novam vitam acturi, confluerent. Depromissus alibi ideam, quæ illi tenebantur de sede veterum Gigantum, qui Reipublice speciem quamdam sub terram componebant. Pars recurrit phrasæ apud Paganos, è paribus forte opinionibus accepta. Achilles apud Homerum Iliad. 11. 9. profertur oratio habere se tamquam portas mortis illum, qui ore aliud, aliud corde præfert.

Instruit Infernus juxta Mahometanos septem portis, singulis vero illis suum est peculiare supplicium. Prior aditus ille est, ubi Musulmani rei commissi criminis penas dabunt; secundus Christianis torquendis destinatur; tertius Judæis; quartus Sabis; quintus Magis, vel Guebris cultoribus ignis; sextus paganis & idololatriis; septimus, ubi profundissimus & abyssus, locus est hypocritarum, exteriorum tantum personam Religionis simulantium. Alii nomine septemillarum portarum designata credunt septem peccata capitalia, alii septem potissima membra hominis, quæ sunt ad peccatum instrumenta.

Habes itaque juxta superiore expositionem, idem esse portas inferi adversus aliquem prævalere non posse, ac interitum, destructionem, & mortem obnoxium illum non esse, cum allegoria ista nomine portæ mortis, & inferi veluti ingressum designari videatur animæ in locum mortuorum.

numus, ac ejusdem ex hac vita transitum. Ex quo intelliges, quam apte Christus eadem ussus sit allegoria in citato Matthæi capite, ut inueneret ecclesiam suam supra Petrum fundatam perpetuam, ac indefectibilem esse. Hac autem allegoria Patres per inferi portas errores, hæreses, & hæresiarchas intelligere, per quos spiritus nequitie ecclesiam Christi dilacerare, atque destrueret conatur. Hinc S. Epiphanius in Ancor. num. 9. *Portæ inferi*, inquit, sunt hæreses, & hæresiarchæ; & in epistola encyclica octava generalis Synodi post relata verba *Portæ inferi non prevalebunt*, hæc habetur: "Multoties alias inferi portas aperias contra ecclesiam, & devorare eam tentantes nobstruxit, contrivit, atque destruxit, hæreticas videlicet opinionibus, & iniqua conamina, quæ in præteritis generationibus per sua tempora sunt exerta, sed nihilominus & instantibus temporibus Inferno proprium os aperiente, & dilatante protector factus est Christus, &c."

† In hoc articulo Rom. Theologus §. 6. hæc habet: "Venio nunc ad quatuor illa inferorum loca expendenda, quæ Lucius noster num. 1. designat. . . At hæc distinctio locorum, non adeo facile admittenda videtur. . . Quamobrem non ea confidenter exponenda videtur, ac lectoribus proponenda distinctio illa de quatuor inferorum partibus, quæ Lucius noster ex Authore theatri vite hæmæ descripsit, & inculcavit." Sed distinctionem illam quatuor inferorum partium descripsi ego, & inculcavi confusus oraculis Clement. VIII. & Bened. XIV. Qui in constitut. de doctrina christiana populis tradenda, incip. Et si minime §. 17. expresse habet: "Clementis Pape VIII. aliorumque prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, hortamur in Domino, & enixe commendamus, in doctrina christiana tradenda adhiberi libellum de Clementis ejusdem mandato à Cardinali Bellarmino conscriptum, mox in deputata congregatione diligenter examinatum, & approbatum, ac denique ab eodem Clemente in lucem eo saluberrimo consilio idè jussum, ut unus idemque modus in docendo & discendo christianam doctrinam ab omnibus teneretur." Et in hoc libello, qui titulum præsefert: *Doctrina christiana composta per ordinem de N. S. Papa Clemente VIII. dal R. P. Roberto Bellarmino della Comp. di Gesù Card. di S. Chiesa*, in declaratione quinti articuli Symb. Apostol. sic præcise traditur: "Ma in questo profondo della terra vi sono quattro come grandissime caverne; una per i dannati, che è la più profonda di tutte; così conviene, che vi superbi demonj, è gli huomini loro seguaci siano nel più basso luogo, è più lontano dal paradiso che si possa trovare. Nella seconda caverna, la quale è alquanto più alta, vi stanno quelle anime, che patiscono le pene del purgatorio; nella terza, che è ancora più alta, vi sono le anime di que' fanciulli, che sono morti senza battesimo, le quali non patiscono tormenti di fuoco, ma solo la privazione perpetua dell'eternæ felicitæ. Nella quarta, che è la più alta di tutte, stavano le anime de' Patriarchi, Profeti, ed altri Santi, che erano morti prima della venuta di Cristo." Unde videtur, quod Theologus noster sicut sæpe censuræ voluit supra in verb. Capellanus in com. num. 19. Declarationem Sacræ Congregationis Concilii, ita hic etiam (ut critica oratio cresceret) voluerit ipsi subjicere adhuc ipsas pontificias sanctiones. Et ecce plusquam Salomon hic; Matth. 12. 42. Vide etiam ad rem S. Bonaventuræ à me allatum sub verb. Peccatum num. 80. & S. Thomam adductum in egregio Bullario præclarissimi Ordinis Prædicatorum, tom. 2. p. 109. in const. 3. Clement. V. incip. Benedictus Deus: sub num. 15. ubi sic expresse habetur: *Quadruplex autem est infernus, ut docet S. Thomas in 3. distinct. 22. quest. 2. art. 1. "Damnatorum scilicet, purgatorum, limbus videlicet purorum purgandorum, seu purgatorum, & Sanctorum Patrum, limbus nempe Sanctorum, qui accesserunt ante Christi adventum. In primo sunt æterni, scilicet tenebræ gratiæ, tenebræ gloriæ, & poenæ æternæ. In secundo sola duo prima. In tertio tantum secundum & tertium. In quarto erat solummodo secundum." Hinc colligitur ex S. Thoma quis ille sit In-*

fernus, in quem, ut loquitur diploma, *illorum anima mittuntur, qui in peccato mortali, vel cum solo originali decedunt, panis tamen disparibus panuntur.* Illi siquidem, qui in sola culpa originis sunt, poenam damni dumtaxat luunt; alii vero actuali peccato letali coinquinati, poenas non solum damni, sed etiam sensus persolvunt. †

## INFIRMITAS, INFIRMUS.

## SUMMARIUM.

- 1 Quomodo infirmitas, & quorum judicio excuset ab auditione sacri, ad num. 3.
- 4 Et à recitatione Horarum Canonicarum, ad n. 18.
- 19 Quæ sint observanda circa Viaticum infirmorum, ad num. 29.
- 30 Infirmi ac præsertim fratres Minores, an teneantur ad jejunium, ad num. 32.
- 33 Episcopi, Parochi, & Canonici infirmi an & quando dispensentur à residentia, vel distributionibus lucentur, ad num. 35.
- 36 An peccet infirmus remedia sibi procurans, ac à medicis oblata respiciens, etiamsi mortis periculo laboret.
- 37 Subnectuntur additiones ex aliena manu, ad num. 43.

INFIRMITAS, quæ impedit egredi domo ad negotia magis momenti, excusat ab obligatione audiendi missam; communis cum Suarez, Castropalao, Sanchez, Dicastillo, Gobat, & La Croix lib. 3. part. 1. n. 678. Immo Sanchez, Dicastillo, Gobat cum La Croix loc. cit. n. 678. dicunt, quod quamvis infirmitas non impediat exire ad aliqua negotia, ad quæ infirmus valde afficitur, adhuc excusat ab auditione missæ, si aliis ad id periculum subeundi gravis incommodi. Non enim tenetur infirmus statim adire missam, si hanc audiens cum repugnantia naturæ alterari possit, & pati grave incommodum. An autem in hoc, vel illo casu valetudinis censeatur incommodum sufficienter grave ad excusandum ab auditione sacri, stari potest judicio medici, vel parochi, vel etiam proprio; si infirmus ipse sit ita prudens, ut possit per se ferre judicium; Sanchez, Dicastillo, Bonac, Gobat cum La Croix loc. cit. num. 679. & alii passim.

Infirmitas gravis, ob quam infirmus nequit recitare divinum officium sine læsione suæ valetudinis, vel sine incommodo gravi, vel incremento morbi, excusat à recitatione totali; communis arg. c. Cler. 2. dist. 91. Non excusat tamen infirmitas levis, ut parvus dolor capitis, stomachi, vel pectoris, & interdum etiam levis febris tertiana, aut quartana, cum talis dolor, aut febris non soleat tota die vehementer affligere, ita ut non vacet tempus ad divinum officium recitandum, Navarr. tom. 4. de orat. cap. 11. num. 7. & in manuali cap. 25. n. 100. Sotus lib. 10. de justitia quest. 5. art. 3. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 6. Donatus tom. 4. præc. rerum regul. q. 51. num. 1. Tabiena, Armilla, & omnes Summistæ in verb. Horæ Canonice, Busemb. Filiuc. & alii citati à Bonacina de horis disp. 1. quest. 6. part. 1. Infirmitas impediens infirmum ad recitandum, v. gr. solum matutinum, non excusat ipsum à recitatione aliarum horarum, quas recitare potest sine læsione suæ valetudinis; est jam communis propter sequentem propositionem 54. in ordine inter merito damnatas ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. ibi: *Qui non potest recitare matutinum, & laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.*

In dubio infirmitas sit gravis, aut levis, & an infirmus, seu convalescens possit sine gravi documento recitare totum officium, aut partem, standum est judicio medici, vel superioris, aut in horum defectu alterius viri prudentis; Sylvester, Sotus, Sanchez, Donatus loc. cit. num. 2. alique cum Pellix. tom. 1. tr. 5. cap. 8. num. 115. La Croix cap. 4. num. 1225. qui insuper cum Gobat addit, posse infirmum stare etiam judicio proprio, si sit ita prudens, ut per se possit de talibus ferre judicium. Si autem nec supradicti, nec in-



firmus ipse possit solvere dubium, sed adhuc illud permaneat, tunc non tenetur infirmus tale officium recitare, quia non tenetur se periculo gravis damni, & nocenti exponere; Donatus *loc. cit. num. 3.* Bonacina *loc. cit. num. 5.* Castropal. *tract. 7. d. 2. part. 6. num. 10.* La Croix *loc. cit. num. 1225.* Neusser, Stoz, & alii plures. Nec valet cum aliis dicere, quod in tali dubio tenetur infirmus officium recitare, ex quo præceptum recitandi sit in possessione, quia id non obstat ob adjunctum. periculum gravis nocenti, ad quod pia mater ecclesia non videtur obligare, quia in ejusmodi dubiis vix attingi potest punctum, & status obligationis, unde ne scrupulis aperiatur via, ex quo talis infirmus non possit in tali dubio, & perplexitate se expedire cum sit æque periculum nocendi interpretatur, ut sic dubians censeatur liber; sic citati Doctores, & alii.

10 Regulares infirmi, quando non possunt, nec sciunt se determinare an licite possint totum, vel partem officii divini omittre, satisfaciunt præcepto dicendo Psalmos, Hymnos, Pater noster, Ave Maria, vel alia judicio Prælati, seu Presidentis loci, aut conventus assignanda; sic concessit Leo X. Minoribus apud Casarubios in *com. privilegiorum verb. Infirmi Fratres n. 6.* Et ex concessione Martini V. & Eugenii IV. facta fratribus S. Hieronymi, Regulares infirmi, senes, valetudinarii, aut aliis invalidis satisfaciunt præcepto divini officii recitando aliquos Psalmos, vel id, quod superiores, vel sui confessores assignaverint; Casarubios *loc. cit. num. 11.* & 12.

11 Regulares infirmi ex concessione facta Minoribus de observantia à Martino V. Eugenio IV. Calisto III. Pio II. & Sixto VI. consequuntur indulgentiam plenariam in articulo mortis. Casarubios *loc. cit. num. 1.* Regulares infirmi in suis infirmariis cellis, & etiam lectulis (quando commode aliter dicere non possunt) possunt promereri indulgentias stationum, & alias concessas in suis ecclesiis dicendo quinquies Pater noster, & Ave Maria pro intentione, & proposito illius indulgentiæ, sic concessit Innocent. VIII. apud Casarubios *loc. cit. num. 3.* Regulares infirmi, ac senes in decrepita ætate constituti possunt lucrari indulgentias concessas dicentibus coronas D. N. Jesu Christi, & Matris sue dicendo unum Psalmum, aut Hymnum B. Virginis, aut Domini nostri; sic concessit Leo X. apud Casarubios *loc. cit. num. 5.*

14 Infirmi omnes, qui ex recitatione divini officii verisimiliter credunt, aliquem dolorem capitis, aut aliquam crudelitatem stomachi, vel virum lassitudinem, aut etiam febrem tardius remissuram, excusantur à præcepto illud recitandi, quia hujusmodi damna, que in corporibus sanis sunt levia, in ægrotis sunt gravia; Ita Sanchez in *consil. lib. 5. c. 2. d. 45. num. 4.* Stoz *lib. 1. num. 402.* Tambur. in *Decalog. lib. 2. cap. 5. §. 8. d. num. 13.* La Croix *lib. 4. num. 1224.* Gobat, Pellizar, & alii, *arg. cap. Clericus 2. dist. 61.* ubi pro legitima causa non recitandi, habetur inæqualitas corporis, quæ non sonat morbum gravem. Immo supradicti Doctores, & alii cum Pellizar. *rom. 1. tr. 5. cap. 8. num. 116.* dicunt, quod tales infirmi non teneantur adhuc ad recitationem divini officii, quamvis bonam diem partem confabulationis expendant, atque etiam libros recreationis causa legant, quia confabulationes, ac lectiones illæ afferunt ægris recreationem, nec morbus ingravescit, sed potius levatur. Recitatio vero divini officii contra res est seria, & ex sua natura caput gravat, ac molestiam affert. Item dum tales infirmi convalescunt, & adhuc vires sunt imbecilles, possunt ad aliquos dies differre recitationem, & aliquando etiam prius recitare celebrare, quam recitare divinum officium; Gobat in *experient. tract. 4. n. 715.* Stoz *loc. cit. n. 402.* La Croix *loc. cit. n. 1214.* Sanchez, & Tamburin. *loc. cit.* & alii plures.

15 Que hic circa onus recitandi divinum officium afferuntur nimis laxa videntur. Consultat igitur Lector hoc loco P. Antoine, aliquos saniores moralistas.

17 Qui ob infirmitatem non possunt horas recitare debito tempore, possunt autem commode sine nocimento valetudinis recitare alio tempore ante, vel post

v. gr. si post prandium laborant quartana, mane autem sint liberi, aut è contra, non excusantur à præcepto; sic Castropal. *tract. 7. d. 2. part. 5. num. 6. 16.* Stoz *loc. cit. num. 409.* Tamburin. *lib. 1. cap. 3. §. 7. verb. Hora Canonica num. 20.* La Croix *loc. cit. num. 1226.* Pellizar *loc. cit.* & alii. Et ratio est, quia quod recitentur horæ hoc, vel illo tempore est circumstantia accidentalitatis tantum; obligatio autem recitandi totum officium incipit à media nocte, & durat per singulas partes diei naturalis usque ad alteram mediam noctem. Henriquez autem, Canus, Caramuel, & alii volunt eos non teneri anticipare, vel postea supplere horas respondentes illi tempori, quo ægrotant, quia obligatio anticipandi, vel supplendi videtur tunc tantum esse, quando impedimentum est ex nostra libertate, non autem quando est ex necessitate, ut ex infirmitate, & hanc sententiam dicunt esse probabilem Diana *part. 4. tract. 4. res. 10.* Lessius *lib. 2. cap. 37. num. 43.* Sanchez *loc. cit. d. l. 3. num. 7.* Gobat *loc. cit. num. 711.* Sporet in *theolog. sacramental. num. 172.* & alii.

2. Multa pronuntiat Lucius Ferraris à num. 13. ad num. 18. obligationem infirmorum recitandi divinum officium spectantia, quæ, meo quidem iudicio, à laxitate excusari nullatenus possunt. Quod autem majus negotium facessit illud est, quod à Diana, aliisque Casuistis ducibus veluti probabile venditur, nimirum illos, qui aliqua infirmitate præditi officium recitare nequeunt debitis horis, non teneri anticipare, vel supplere horas temporis respondentes, quo fuerant infirmitate detenti. Hujus asserti absurditas per se constat. Certum enim est matutinis recitationis nocturnum tempus esse assignatum: pone te Sacerdotem privatum nunquam nocturno tempore assurgentem, ut matutinum persolvat, nocte præterita aliquo labore incommoda, à quo sole illucescente, perfecte convalescisti. Posita Ferraris sententia, teneberis quidem horas diurnas persolvere, quia nullo labores valetudinis impedimento; minime vero nocturnas ob morbum, è quo jam convalescisti, quamquam si nullam pertulisses incommodum, diem præciteras ad matutinum recitandum. Immo nec prævenire teneberis, & si prævideas morbum superventurum, quamquam assuetus sis canonicas horas anticipare, putata, matutinum recitare vespere antecedit, diurnas horas de mane, &c. Quid in hac re absurdus?

Si infirmus sit communicandus, & desit stola, vel alba, potest in tali casu ei dari communicatio sine ipsis, quia quamvis ista spectent ad reverentiam Sacramento debitam, non est tamen positiva irreverentia, sed tantum omissio majoris reverentia, & necessitas hominis, propter quam instituta sunt Sacramenta, videtur excusare; necessitas enim non habet legem, *cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 1. cap. Omnes 1. de ferit. cap. Concilium 2. de observat. jejuniar. cap. Consulisti 3. de celebrat. Missar. & quod non est licitum in lege necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de regulis juris in 6.* & sic expresse tenet La Croix *lib. 6. part. 2. num. 335.* & alii. Infirmus, si commode jejuniis expectare non possit, communicare potest non jejuns; Sed per modum Viatici. Communio cum La Croix *lib. 6. part. 1. n. 612.* Aversa *quest. 8. §. 6.* Gobat, Tamburin. Dicastill. & alii.

\* Inter quos non est omnino prætermittendus P. Benjamin Elbel p. 3. *confer. 14. n. 90.* ubi casum in hoc proposito valde singularem resolvit.

Infirmus tenetur ex præcepto divino Eucharistiam sumere per modum Viatici, quando est in periculo mortis constitutus, & hoc etiam non sit jejuns. Vide *verb. Eucharistia num. 35.* Qui mane ante periculum communicavit ex devotione, si superveniat periculum, an teneatur eodem die per modum Viatici communicare? Vide *verb. Eucharistia num. 36.* In eadem infirmitate, etsi non teneatur, potest tamen ægrotus post septem, vel octo dies repetere Viaticum non jejuns, dummodo nequeat jejuns sumere, & periculum mortis recurrat. Vide *ib. num. 37.* Quando morbus, & periculum diu protrahitur post 7. vel 8. dies, potest iterum dari communicatio non jejuns. Vide *ibid. num. 38.* Viaticum dari debet infirmis in-

in periculo etiam in die Parasceves. Vide *ibid. num. 59.* Si infirmus ob tussim, vel ob aliam causam sumere non possit Viaticum, non debet ad illum deferri SS. Eucharistia devotionis causa. Vide *ibid. num. 50.*

Pro consecrando Viatico dando infirmo non est licitum Sacerdoti non jejuns celebrare; S. Antoninus, Suarez, Azorius, Jordanus, aliique plurimi cum Dicastill. *dist. 9. num. 245.* La Croix *lib. 6. p. 1. num. 611.* Quamvis enim Sacerdos teneatur celebrare jejuns solum de præcepto ecclesiastico, & infirmus teneatur in periculo mortis sumere Viaticum de præcepto divino, tamen præceptum divinum non obligat, nisi quando observari potest cum debita reverentia, principalibus ritibus, & quasi substantialibus cæremoniis ab ecclesia præscriptis, ut recte observant Suarez, Fagnan, Diana, Amicus, Lugo, Tamburin. Dicastill. Plarell. apud La Croix *loc. cit. num. 611.* Tum quia in ipso casu defectu Hostiæ consecrate infirmus excusatur à tali præcepto sumendi Viaticum ob impotentiam, quia impossibile nulla est obligatio; *l. impossibile ff. de regul. juris. & cap. Nemo potest 6. de regul. juris in 6. libi: Nemo potest ad impossibile obligari.* Aliqui tamen, ut Major, Zanard. Zambranus, Philarch, & alii tenent oppositum; & horum sententiam Suarez, Filiucci, Lugo, Dicastill. Layman, & alii vocant probabilem saltem in casu, quo infirmus aliud sacramentum non possit suscipere.

Infirmi non tenentur ad jejuniis; *communis.* Vide *verb. Jejuniis articulo secundo.* Infirmi non tenentur ad jejuniis, sicuti non tenentur ad recitationem horarum, & ad audiendum sacrum quamvis propria culpa incidere in infirmitatem; *arg. cap. Infirmas 13. de pontificat. & remission. Et ratio est, quia, etsi tali propria culpa sint impotentes, hæc tamen impotentia, & hoc impedimentum ad observantiam jejuniis, & hujusmodi, nec à jure, nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum est, ut innuit textus in *cap. Percussio 2. caus. 7. quest. 1. libi: Cum percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contigat, Dei in hoc judicio ignoratur, & non debet à nobis addi flagellantis afflictio.* Fratres Minores non potentes jejunare bono modo propter infirmitatem, vel debilitatem, non tenentur, ut eis concessit Sixtus IV. apud Casarubios in *compendio privilegiorum verb. Infirmi fratres num. 2.**

Episcopi infirmi, an, & quando dispensentur à residentia, vide *verb. Episcopus art. 3.*

Canonici infirmi, an, & quando lucentur distributiones, vide *verb. Distributiones quotidianæ.*

Parochi infirmi, an, & quando censentur dispensati à residentia. Vide *verb. Parochus.*

Infirmus peccat, quando spretis medicorum consiliis, & remediis, pro libitu suo sibi remedia procurat, seu remedia ordinaria recusat, Busemb. La Croix *lib. 2. n. 201. §. lib. 3. p. 1. num. 769. & 775.* cum aliis ibi citatis. Tunc enim vitæ suæ non consulit, quantum potest, & debet. In casu tamen, quo aliquis infirmus diu, & graviter ægrotaret, & à medicis tamquam incurabilis esset detelictus, non peccaret sumendo aliquod remedium periculosum, quia non tenetur homo se servare cum tantis doloribus, unde non censetur tunc nisi indirecte morti suæ cooperari; Henno *tom. 1. tract. de conscientia disp. 3. quest. ult. conclus. 3. resol. 4.* & alii passim. Hæc tamen opinio non est satis tuta. Infirmus etiam periculosus ad mortem nequit licite omne remedium, aut medicamentum respicere: Quisquis enim tenetur vitæ suæ periclitari mediis ordinariis opulari; Henno *loc. cit. Busemb. & La Croix loc. cit. Diana & alii passim.* Vide *verb. Moribundus num. 1. & 2.*

Infirmitatem inter legitima impedimenta recensimus in *addit. ad verb. Impediens.* At quia non raro accidit, ut homines nonnulli ex causis infirmitatis simulent, ne modo in iudicio comparare necessum habeant, hinc est quod infirmitates, evidenter probationibus probari debent, & simulata infirmitates à veris infirmitatibus sint distinguendæ.

Infirmitatis probatio ordinaria fit per literas, & testimonium medicorum, Paul. Zachias in *questionib. medic. legalib. lib. 2. tit. 2. quest. 1. num. 3.* Quinimmo

in causa levi probari potest infirmitas attestatione unius medici, Stryk *Juridic. dissert. vol. 5. disp. 3. c. n. 54.* Recepta quoque est probatio infirmitatis per testes ad minus duos; Damhoudet in *prax. criminal. c. 15. n. 6.* Farinac. *de testib. q. 63. in princip.*

Controversia vero non levis est, an infirmitas aliis deficientibus probationibus, per juramentum probari possit? Affirmant Mascard. *de probat. conclus. 884. fere per tot. Carpov. Jurisprud. forens. p. 1. const. 9. definit. 11.* Zanger. *de exception. p. 2. cap. 9. num. 12.* Mindan. *de process. lib. 2. cap. 19.*

At non aliter hæc sententia admittenda est, quam si agatur de persona non suspecta de perjurio. Fides enim juramenti dependet à fide viri; ad Stryk *Juridic. dissert. vol. 5. disp. 3. cap. 3. num. 57.*

INGRESSUS.

INGRESSUS ecclesiæ denegari nequit mulieribus menstruatis; Benedictus XIV. *tom. 1. consil. 107. incip.* Omnium sollicitudinum §. 14. Ingressus mulierum in monasteria virorum sub gravissimis penis prohibetur; idem constituit. *39. incip.* Regularis disciplina: In casibus exceptis, v. gr. favore mulierum nobilium jus patronatus habentium, quomodo permittatur? Idem *ibidem* §. 8. Facultates permitendi hujusmodi ingressus revocantur, & annullantur; idem *ibidem* §. 4. & 5. Vide *tom. 2. verb. Clausura.* Ingressus in clausuram Monialis est omnibus sub gravissimis penis interdictus; Vide *dict. tom. 1. verb. Clausura, & tom. 5. verb. Moniales art. 3. num. 99.* ubi affertur ad id pontificia constitutio.

INIMICUS.

Vide Odium, Virtus. vers. Caritas.

INJURIA.

Vid. verb. Conservatores num. 4. & verb. Poena. art. 2. num. 145. & 146.

INQUISITIONIS S. OFFICIUM Inquisitores.

SUMMARIUM.

- 1 Inquisitionis tribunal quando erectum, & quibus commissum fuerit, ad num. 3.
- 4 Quinam olim habuerint, & nunc facultatem habeant Inquisitores eligendi, ad num. 5.
- 6 Congregatio Sanctissima Inquisitionis à quo fuerit instituta, quæ habeat jura, contra quos procedere valeat, &c. ad num. 14.
- 15 Inquisitionis officium impediens quas penas incurrat.
- 16 Inquisitores in quibus causis, & contra quas personas possint procedere vel non, ad num. 27.
- 28 Inquisitores an possintmitter laicos ad judicandum, & an ipsi liceat aliquid percipere pro actis S. Officii, ad num. 30.
- 31 Inquisitores quos possint creare & assumere in Notarios, & in quibus Magistratus etiam secularis compellere, ad num. 37.
- 38 Inquisitores an possint procedere contra delinquentes in sua provincia, etiam si alio se transfererint.
- 39 Quid mutuo sibi debeant Inquisitores, & Episcopi, in causis ad fidem pertinentibus, ad num. 49.
- 50 Que sint crimina, in quibus Inquisitores procedere possunt, ad num. 70.
- 71 Inquisitores & Episcopi ad quid teneantur in causis fidei, ad num. 75.



- 76 An exigat hodie constitutio, qua Sixtus IV. statuit, ne Inquisitores Ordinis Prædicatorum procederent contra fratres Ordinis Minorum, ac voluit Inquisitores Ordinis tam Prædicatorum quam Minorum a suis Generalibus corripi, processari, & panis affici.
- 77 Inquisitores quos possint absolvi judicialiter, ad num. 78.
- 79 Inquisitoribus quæ jura competant ac privilegia, ad num. 86.
- 80 An Episcopi, Parochi, vel Canonici in Officio Inquisitionis impediti excusentur à residentia, vel distributione laicentur, ad num. 90.
- 91 Familiæ S. Officii an satisfaciunt præcepto parochiali, nisi communitur in propria parochia.
- 92 An & quando Vicarius & Ministri S. Officii ob violentam immunitatem censuras incurere censeantur, ad num. 99.
- 100 Subnectantur additiones ex aliena manu, ad n. 108.

Inquisitionis tribunal fuit primo erectum sub Innocentio III. occasione hæresis Albigensium, rem eidem Innocentio proponente S. Dominico, præclarissimi Ordinis Prædicatorum Patriarcha, tunc Oxomensis Canonico, cui primo hæc delegata Inquisitionis jurisdictionis commissio fuit; Paramus de origin. Inquisitionis l. 2. tit. 1. c. 1. n. 13. Castill. in histor. Ordinis Prædicatorum c. 17. Fernand. in consuet. Prædic. pag. 16. Lucius Marinus Siculus in hist. Hispan. Card. Petra tom. 3. comment. in const. 16. Innoc. IV. num. 8. & alii passim.

Inquisitionis munus, seu officium fuit commissum à Gregorio IX. solis Patribus Ordinis Prædicatorum, ut patet ex literis datis anno 1231. eorum Priori in Lombardia, quæ literæ extant tom. 9. Conciliorum column. 335. & ex aliis Inquisitoribus ejusdem Ordinis ab eodem Gregorio contra Albigenses missis, ut videtur apud Leand. de viris illustrib. l. 2. & Bzovium ad an. 1235. à num. 4. Deinde Innocent. IV. tale Inquisitionis Officium commisit etiam fratribus Minoribus, ut patet ex ejus constitutione incipient. Quia tunc: & refert Card. Petra loc. cit. num. 9. & alii. Et aliquando fuit commissum etiam patribus minoribus S. Francisci de Paula: Clemens VII. delegavit Inquisitorem in regno Portugallie P. Didacum de Silva dicti Ordinis Minorum, ut narratur in constitutione S. Pauli III. incipient. §. 1. ut refert Card. Petra loc. cit. num. 9.

Superiores Prædicatorum, & Minorum olim habebant facultatem eligendi Inquisitores, ut patet ex constitutione 16. Alexandri IV. incipient. Quod super: & ex constitutione 23. ejusdem Alexandri incipient. Catholice: & notant Eymeric. part. 3. director. q. 3. & ibi Pegna comment. 52. §. Regulariter, Azorius part. 1. l. 8. c. 18. quest. 5. Sanctarell. de hæresi cap. 40. dub. 1. num. 6. Delbene part. 2. dubit. 195. sect. 8. num. 2. Card. Petra loc. cit. num. 32. Hodie tamen adempta extat hæc facultas dictis superioribus Regularibus, & Inquisitores Regulares eliguntur à Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis, & à Sede Apostolica approbantur, exceptis solummodo Inquisitoribus Hispaniæ; qui immediate ab Inquisitore generali eliguntur, ut notant Salell. l. 1. c. 2. regul. l. 1. c. 2. regul. 16. & 17. Carena part. 1. tit. 3. num. 5. & tit. 5. §. 3. num. 11. Sousa in aphor. inquisit. l. 1. cap. 1. num. 6. Delbene l. c. sect. 8. num. 2. Castropal. oper. moral. part. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 12. §. 2. num. Card. Petra loc. cit. num. 34. & alii passim.

Congregatio Cardinalium Sanctissimæ Inquisitionis erecta fuit à Paulo III. constit. 35. incipient. Licet: & de quo rescripta à Sixto V. constit. 74. incipient. Immen-sa: Facultates hujus supremæ, & universalis Inquisitionis est supra omnes civitates, & loca christianitatis etiam ultra montes; Paulus III. in cit. constit. Licet: Hæc suprema Cardinalium Generalium Inquisitorum Congregatio contra quoscumque procedit, appellationes ab aliis Inquisitoribus audit; Inquisitores ubique locorum deputat, & alios, qui interesse debent, & inservire in actu degradationis; Paul. III. ibi. Hæc Cardinalium Generalium Inquisitorum Congregatio præcipere potest degradationem reorum Clericorum, qui damnandi sunt, &

uti potest brachio seculari; Paul. III. ibi. Potest privare beneficiis &c. impediens suum officium, & aliis inhabilitatis afficere. Paul. III. ibi. Omnia ab hæc suprema universalis Inquisitionis Congregatione decreta firma sunt, & observari debent; Paul. III. ibi. Potest procedere contra Episcopos, & etiam contra Cardinales hæreticos; Pius IV. constit. 67. incip. Romanus: Quod à majori parte Cardinalium hujus Congregationis fuerit conclusum, ab omnibus factum esse censetur; Pius IV. constit. 79. incipient. Cum felicis: Si duo tantum Cardinales sint in Congregatione, quod ipsi decernunt, est ratum; S. Pius V. constit. 23. incipient. Cum felicis: Cum hæc Cardinalium Generalium Inquisitorum Congregatio scribit, ut præcipit aliquid Ordinarius, Vicaris, Inquisitoribus &c. isti statim debent rescribere, & injuncta exequi: Clemens VIII. constit. incipient. Sanctissimus: Inquisitionis Officium impediens, testes in causis fidei, ad denuntiantes offendens, carceratos extrahens, capi reos prohibens, occultans, adjuvans, consulens, vel similia in favorem reorum faciens, est reus læsæ majestatis, omni dominio privatus, ut hæreticus tractandus, infamis ipse, & filii ejus, penis hæreticorum subiacet, & curie seculari est tradendus; S. Pius V. constit. 82. incipient. Si de protegendis:

Inquisitores possunt procedere in causis fidei contra quascumque personas cujusvis gradus, conditionis, vel dignitatis, contra Magistratus, Communitates &c. Etiam si habeant privilegium Sedis Apostolicæ, ut contra eos non procedatur; cap. Ut officium de hæreticis in 6. Urbanus IV. constit. incip. Licet §. 16. In causis fidei procedere possunt etiam contra quoscumque exemptos; Alexander IV. constit. 22. incip. Ne committatur: Clemens VII. constit. 27. incip. Cum scitur: Paulus III. constit. 30. incip. In Apostolicis: Pius IV. constit. 51. incip. Pastoralis: Paulus V. constit. 26. incip. Romanus: ubi revocat facultates concessas Superioribus quorumcumque Ordinum cognoscendo causas snorum subditum ad Officium Sanctæ Inquisitionis quomodolibet pertinentes. In causis fidei possunt Inquisitores procedere etiam contra suosmet superiores ejusdem Ordinis; Cochier. de Jurisdic. ordinar. in exemptis p. 2. quest. 45. n. 58. Sousa in aphorism. lib. 1. cap. 4. num. 8. Card. Petra tom. 3. comment. in constit. 23. Alexand. IV. num. 15. & alii passim. An autem Inquisitores procedere possint etiam contra Generales Religionum, non conveniunt Doctores; multi enim, quos sequitur Diana part. 4. tract. 8. resol. 23. Peyrin. in privileg. Minor. l. 2. const. 9. Pauli V. §. 1. num. 2. Bordon. in tribunal. cap. 27. num. 27. & alii tenent non posse Inquisitores procedere contra Generales Religionum, sed debere prius certiorare Supremam Cardin. Inquisitionem, arg. cap. Inquisitores, de hæreticis in 6. & Concil. Trident. cap. 11. sess. 25. de regularibus, ubi quamvis submittat jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ordinariorum omnes parochiales ecclesias regulares, excipit tamen eas in monasteriis, & locis, ubi generales, seu capita Ordinum sedem ordinariam, & principalem habent, ibi: Exceptis etiam iis monasteriis, seu locis, in quibus Abbates, Generales, & contingentia facti sic declarasse Sac. Congregat. Concilii pro ecclesia S. Hippolyti Camaldulensis, testatur Pagnan. lib. 3. decret. in cap. Nullus Episcopus 3. de Parochis, num. 41. & ipsum sequitur Monacell. tom. 1. tit. 5. formul. 1. num. 18. & cit. 6. formul. 20. num. 14. ubi affert decretum Sac. Congregat. Concil. in Louden. Jurisdictioni l. Dec. 1691. in qua plene articulo discussio, & paribus Informantibus fuit resolutum, Bullam Gregorii XV. incip. Inscrutabilium derogasse privilegio cap. 11. sess. 25. de regul. favore Generalium Ordinum concessa, & alii passim. Aliqui autem huiusmodi obstantibus censent posse Inquisitores procedere etiam contra Generales Religionum dicentes hæc exemptionem, seu exceptionem Generalium non constare de jure, cum cit. cap. Inquisitores: loquatur solummodo de Episcopis, ut advertit Freitas in addition. ad Rodric. de agnate Confessar. soluc. quest. 12. num. 20. & priorem opinionem procedere posse inspecta solum-

modo quadam æquitate, & decencia, ut ait Carena p. 2. tit. 5. §. 9. n. 78. & sequitur Card. Petra loc. cit. n. 16. Inquisitores Regulares in iis, quæ ad munus inquisitionis pertinent, non sunt subiecti suis Regularibus Superioribus, nec eis tenentur obedire, ut de inquisitoribus Prædicatorum, & Minorum expresse statuit Alexander IV. constit. 23. incip. Catholice: In iis autem, quæ pertinent ad statum Religiosum, & observantiam Regularium, sunt subiecti suis Superioribus Regularibus, & eis tenentur obedire, ut ex cit. constit. Alexand. IV. incip. Catholice docent Eymeric. in directorio part. 3. quest. 11. & 12. ubi Pegna comment. 60. & 61. Sanctarell. de hæresi cap. 40. dub. 1. numer. 7. Decanus lib. 5. tractat. Crimin. cap. 22. num. 33. Royas de hæreticis part. 2. numer. 418. Mascovius de majest. milit. eccl. lib. 5. part. 1. cap. 11. Carena de offic. inquis. part. 1. tit. 5. §. 8. num. 69. Salellas de Mater. Tribun. Fid. lib. 1. cap. 2. Regula 11. numer. 13. Card. Petra loc. cit. num. 4. Unde si extra officium deliquerint, certum est de Juris rigore puniri posse à suis Prælatibus Regularibus; Eymeric. loc. cit. quest. 12. num. 1. Locat. in Judicial. verb. inquisit. num. 40. Sanctarell. cit. dub. 1. num. 7. Zanardus in direct. part. 2. cap. 6. quest. 43. Rodriquez q. regul. tit. 2. quest. 81. art. 5. Card. Petra loc. cit. numer. 7. & alii: Ast tamen, quia eisdem Superioribus Regularibus verita sunt ea, ex quibus directe vel indirecte sui subditi inquisitores in eorum officio impediuntur; Idcirco, dum isti extra officium delinquant, poterunt quippe eorum Superiores omni casu informationis capere, eosque monere, & reprehendere, cum ex his nullum eis impedimentum in suo munere exercendo oriatur; Dum autem poena est infligenda, ad eam devenire non debent, si inde inquisitores quodammodo à suo officio impediuntur, & tunc informationes transmittere Supremæ Cardinalium Inquisitioni, ejusque mandata expectare debent, ut post Farinac. de hæresi q. 186. num. 132. tenent Castropal. tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 8. punct. 12 §. 2. num. 2. n. 23. Diana p. 4. tract. 8. resol. 53. Carena de offic. inquisit. part. 1. tit. 5. §. 8. n. 72. Card. Petra loc. cit. num. 8. & alii.

Inquisitores non possunt procedere contra Episcopos, neque è contra, nisi habeant in commissis à Papa specialiter; sed occurrente casu suspicionis, vel accusationis, vel denuntiationis contra ipsos, debet significari Summo Pontifici; cap. Inquisitores, de hæreticis in 6. & Extravagant. de hæreticis, cap. Cum Mathæus: Inquisitores non possunt excommunicare Episcopos, nec è contra, cap. Statuta 20. de hæreticis in 6. Inquisitores non possunt procedere contra Legatos, vel Nuntios Pape, sed occurrente casu, aut suspicionem hæresis contra eos, debent id Pape significare cap. Inquisitores, & cit. cap. Cum Mathæus: Neque possunt excommunicare Officiales Pape, vel contra eos procedere; cit. cap. Inquisitores, & cit. cap. Cum Mathæus: Inquisitores non possunt se intrudere in alios causas, quam in delictis contra Fidem; Clement. de hæreticis cap. Multorum 1. §. Propter: Inquisitores non possunt in Judicium admittere laicos Judices ad iudicandum sub poena (etiam inquisitoribus) excommunicationis Papalis ipso facto; Julius III. constit. 11. incip. Licet à diversis: Inquisitores non possunt extorquere à reo pecuniam modo illicito sub poena excommunicationis Papalis ipso facto, à qua non possunt absolvi, donec satisfaciant; Clement. de hæreticis cap. Nolentes 2. unde Sancto Officio, pro processibus, nihil possunt facere solvi, nec sibi, nec aliis Officialibus, sed omnia gratis debent facere expediri, Clemens VIII. constit. 76. incip. Sanctissimus:

Inquisitores possunt creare, & assumere in Notarios Clericos etiam in Sacris, Urban. IV. constit. 2. incip. Licet §. 8. Et quovis sive seculares, sive Clericos, sive Regulares; Pius IV. constit. 36. incip. Pastoralis, cap. Ut Officium §. Verum de hæreticis in 6. In sententiis ferendis possunt assumere quoslibet peritos; Urban. IV. constit. 2. incipient. Licet §. 10. cap. Ut commissi, de hæreticis in 6. & hi tenentur obedire.

Ut commissi. Possunt constringere Magistratos omnes etiam seculares, ut observare faciant statuta contra hæreticos facta, sive contra fautores, ac receptatores, & cogere possunt eos ad jurandum de tali observantia. Quod si nolint jurare, sunt infames, ac suspecti in fide, & officio privandi sunt; cap. Ut officium §. Compescendi, de hæreticis in 6. Possunt cogere omnes Magistratos, & Judices ad exequendum suas sententias, & isti debent sub poena excommunicationis obedire; Innocent. VIII. constit. 10. incip. Dilectus: Possunt omnes Magistratos compellere, & alios ad dandum eis scripturas pertinentes ad Sanctum Officium; Alexand. IV. constit. 18. incip. Cupientes: In causis hæresis, uti possunt brachio seculari, cap. Ut officium §. Compescendi, de hæreticis in 6. Inquisitoribus in causis Fidei tenentur obedire omnes Domini temporales, & si aliquem illi carcerari faciunt, isti tenentur fideliter custodire, & si illi sententiam proferant, isti tenentur indilate obedire, non obstante appellatione rei; c. Ut inquisitionis, de hæreticis in 6.

Inquisitores possunt procedere contra delinquentes in sua provincia etiam si alio se transtulerint; Alexander IV. constit. 18. incip. Cupientes: Possunt procedere in causis hæresis, quas etiam Episcopi ceperunt cognoscere; Urbanus IV. constit. 2. incip. Licet §. 3. Possunt procedere etiam irrequisitis diocesanis; Alexand. IV. constit. incip. Ad capiendum: Inquisitor cum Episcopo, & sine eo, & è contra, potest citare in causis hæresis; Clementina de hæreticis cap. Multorum 1. §. Propter: Inquisitor, & Episcopus possunt conjunctim, & divisim procedere in causis hæresis, sed communiter sententiant, & si non conveniunt, referunt ad Papam; cap. Per hoc, de hæreticis in 6. Debent communicare processum, quando divisim procedunt; Extravag. de hæreticis cap. Ex eo: Inquisitor sine Episcopo non potest carcerare duro, vel arcto carcere, qui datur ad penam; Clementina de hæreticis cap. Multorum 1. §. Propter: Inquisitor sine Episcopo, vel Vicario non potest dare tormenta, nec sententiare; si vero intra octo dies non possit inquisitor habere copiam Episcopi, vel Vicarii ejus, & è contra, potest alteruter à se solo id facere, postquam se requisierint; citat. Clementina cap. Multorum 1. §. Propter: Urbanus IV. constit. 2. incipient. Licet §. 5. Potest tamen Episcopus, aut Vicarius inquisitori, & hic illis committere suas vias in dictis casibus, si nolint adesse, aliis irritum est, quod fit; citat. Clementin. Multorum: Vacante vero Sede Episcopali loco Episcopi requirendus est Officialis Capituli, seu Vicarius Capitularis eodem modo, quo supra, aliàs nulla est sententia; cit. Clementin. Multorum: Inquisitor cum Episcopo vel Vicarii consensu potest privare hæreticum officio, & beneficio, & privatum declarare, excepto si Episcopus contulit beneficium hæretico scienter, quia tunc sine eo sententiare, cap. Ut commissi de hæreticis in 6. Inquisitor non tenetur reddere rationem Episcopo de expensis factis in causis hæresis; Extravag. de hæreticis cap. Ex eo.

Inquisitores procedere possunt in omnibus contra fidei, ut circa hæreticos, fautores, receptatores, & suspectos de fide; Clementina de hæreticis cap. Multorum 1. §. Propter: Possunt procedere contra impediens suum Officium, contra non juvenes, si requirantur, etiam si sit Communis, Princeps, Magistratus &c. cap. Statutum 9. de hæreticis in 6. Inquisitores procedunt contra Saracenos, vel alios, qui facti christiani redeunt ad sectam; Greg. XI. constit. 2. incip. Admodum: Item 53. contra Saracenos, qui christianos ad sectam suam trahunt; Gregorius X. Ibidem. Item contra omnes maleficos, & sortilegos, qui malum aliquod procurant; Innocentius VIII. constit. 1. incipient. Summis: Item 55. contra astrologos judicarios, & alios magos, & sortilegos divinatores, & hujusmodi; Sixtus V. constit. 17. incip. Cæli, & Terræ Creator: Inquisitores procedunt contra maleficos, & sortilegos cum diabolo pactum facientes, à fideque apostatando alios ledentes; Gregorius XV. constit. 46. incip. Omnipotentis: Item procedunt contra astrologos, qui de statu Reipublicæ chris-



tianæ vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut ejus consanguineorum judicia facere, necnon contra eos, qui illos desuper consulere præsumperit, cum innovatione dictæ constitutionis Sixti V. Urb. VIII. constit. incip. Inscrutabilis: Item contra impediētes Neophytos, ne eidem complectantur; Paul. III. cons. 32. incip. Cupientes §. 8. Item contra hæreticos judicialiter confessos, & obstinatos, etiam illorum diocesanis irrequisitis; Alexander IV. constit. 9. incip. Ad capiendum: Item contra hæreticos, eorumque fautores se negotio Inquisitionis opposites; Innoc. IV. constit. incip. Quia: Item Inquisitores procedunt contra prædicantes doctrinam scandalosam, vel fidei contrariam, etiam Regulares; Paulus III. constit. 30. incip. In Apostolicis: Item contra omnes etiam Regulares audentes in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Sacra Congreg. Sanctæ Romæ, & Universalis Inquisitionis in palatio apostolico coram Paulo V. sub die 31. Augusti 1617. Quod postea ad audientes asserere idem in sermonibus, & scriptis privatis extendit Ead. Sacra Congreg. coram Gregorio XV. sub die 24. Maji 1622. Item contra eos, qui utuntur litanis novis non approbatis ab ecclesia vel Sacra Congregatione Rituum, Clem. VIII. constit. 22. incip. Sanctissimus: Item contra non ordinatos ad Presbyteratum missam celebrantes vel Penitentiam sacramentum ministrantes Greg. XIII. constit. 21. incip. Offic. nostris: Clem. VIII. constit. 18. incip. Etsi aliis: Urbanus VIII. constit. 79. incip. Apostolatus: Item contra Sacerdotes; qui mulieres penitentes in actu confessionis ad actus inhonestos sollicitant; Pius IV. constit. 31. incip. Cum sicut: Gregor. XV. constit. 24. incip. Universis: hoc extendit ad Sacerdotes sollicitantes quascumque personas ad inhonestas sive inter se, sive cum aliis perpetranda quomodolibet in actu Confessionis Sacramentalis, vel antea, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu Confessionis &c. Item contra Confessarios negligentes monere penitentes, ut denuncient sollicitantes, aut docentes eos non teneri; Gregor. XV. in dict. const. Universi §. 7. Inquisitores procedunt contra testes falsum in causis fidei deponentes, eosque curiæ seculari tradere possunt. Leo X. constit. 29. incip. Intelleximus: Item procedunt contra christianos ad Judæorum ritus transientes, & Judæos conversos ad illos redeuntes. Nicolaus IV. constit. 1. incip. Turbato: Inquisitores libere procedere possunt contra Judæos, & alios infideles paganos in sequentibus casibus, I. Si negaverint, quæ circa fidem communia sunt cum christianis. II. Si demones invocaverint, aut eis immolaverint. III. Si quem christianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. IV. Si hæreticas blasphemias dixerint. V. Si christianos a fide deviaverint. VI. Si infideles ad fidem Christi transire impederint. VII. Si hæreticos scienter receptaverint. VIII. Si libros hæreticos, thaludicos, aut alijs Judaicos quomodolibet damnatos tenerint. IX. Si Hostiam salutarem, aut crucem, & similia vel christianis, deriserint. X. Si nutrices christianas retineant, vel easdem illa die, qua Eucharistiæ sacramentum sumpserint, vel etiam diebus sequentibus, lac in latrinas effundere coegerint. Gregor. XIII. constit. incip. Antiqua Judæorum: & concordat constit. 20. Clement. VIII. constit. incip. Cum Judæorum malitia: Item procedere possunt contra eos qui dicunt usuram non esse peccatum, Clement. de Usuris cap. un. §. Sane. Inquisitores, & Episcopi tenentur procedere in omnibus causis contra fidem, ac omittentes id facere, incurrit excommunicationem Papæ reservatam, Clement. de hæreticis cap. 1. §. Verum. Tenentur procedere sine acceptioe personarum, cap. Qualiter, de accusat. Tenentur exigere juramentum ab omnibus Officialibus sui tribunalis de secreto, & fidelitate servandis; Clement. de hæreticis cap. 1. §. Porro. Innoc. IV. constit. 10. incip. Ad extripandam: Item tenentur dare juramentum secreti Advocato & Procuratori reorum,

& aliis quibuscumque manifestant dicta testium, & delicta, ut possit in causa procedi; cap. Statuta 20. de hæreticis in 6. Tenentur prohibere, ne seculares in causis fidei se ingerant, vel per censuras deterrere; Leo X. constit. 43. incip. Honestis: Sixtus IV. constit. 19. incip. Sacri: statuit, ut Inquisitores ordinis prædicatorum non procederent contra fratres ordinis minorum, & contra, sed modo non est in praxi. Idem ibidem statuit, ut Inquisitores ordinis minorum, & prædicatorum à suis Generalibus possint corripi, processari, puniri, & privati, sed modo non est in praxi. Inquisitores possunt absolvere judicialiter omnes hæreticos, qui penitentes hæresim adjurant, & ad fidem revertuntur; Alexander IV. constit. 18. incip. Cupientes; cap. Ut Officium 11. de hæreticis in 6. Item possunt absolvere judicialiter etiam alios fautores, receptatores, credentes, infamatos, seu suspectos de heresi, ibidem, & Urbanus IV. constit. 2. incip. Licet: Item possunt non publicare, nec debent, nomina testium examinatorum in causa hæresis; Urbanus IV. constit. 2. incip. Licet §. 9. Pius IV. constit. 26. incipient. Pastoralis: Possunt tamen illa publicare viris illis, de quorum consilio sententia danda est, & hoc sub secreto, ibidem. Inquisitores possunt committere citationes, & examinationes testium; Urbanus IV. constit. 2. incip. Licet §. 10. Item possunt procedere appellatione remota; Clemens VIII. constit. 22. incip. Placuit: Item in causis fidei possunt delegare, & revocare delegatos; Clemens VII. in cit. constit. Placuit. Inquisitores possunt concedere licentiam portandi arma tot ministris, quot per viam sibi sunt necessarii, dum procedere debent in causa aliqua; Joan. XXII. constit. 9. incip. Exigit: Clement. de hæreticis cap. Nolentes: Sed caveat, ne abutatur hac facultate; Clement. ibidem. Possunt concedere Indulgentiam 40. dierum iis, qui suæ convocacioni intersunt pro exequendo officio, seu suis concionibus pro fide habitis intersunt; Urbanus IV. constit. 2. incip. Licet §. 12. Innoc. IV. constit. 16. incip. Quia: Alexander IV. constit. 18. incip. Cupientes: apud Card. Petram tom. 3. comp. ad constit. 16. Alexand. IV. num. 9. Inquisitores, & eorum Officiales non possunt conveniri, excommunicari, suspendi &c. neque ab Ordinationis, neque à Legatis Papæ sine licentia Papæ; Urbanus IV. constit. 4. incip. Ne Inquisitionis: Extraxit de hæreticis cap. Cum Matheus. Inquisitores non possunt in causis sui officii impediri à Gubernatoribus, aut aliis quibuscumque sub penis excommunicationis &c. Paulus III. constit. 30. incip. in Apostolicis: Ipso facto excommunicat, Julius III. constit. 11. incip. Licet à diversis: Inquisitores non possunt syndicare ab alio, quam à Papa, vel à Sacra Congregatione Romana de processu male facti, & aliis; Pius IV. constit. 48. incip. Dudum; Inquisitores Hispaniarum in S. Officio sine Papæ licentia nullam innovationem pati possunt; Sixtus V. constit. 73. incip. Immens. §. 1. Inquisitores etiam majoris officium non excusant Episcopum à residentia in propria diocesi; Sacra Congreg. Conc. teste Gonzalez, ad Regul. 8. Cancellariae glot. 43. num. 164. Barbosa summa Apostolicar. decision. verb. Inquisitores num. 10. Nec etiam excusat Parochum à residentia; Eadem S. Congreg. Concil. penes Nicol. Garziam, de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 24. & Barbosa loc. cit. num. 10. Si Officialis, & hujusmodi, non lucratur distributiones in absentia ob tale officium, nisi speciali Sedis Apostolicæ privilegio muniantur; Sacra Congreg. Concil. in Toletana 4. Junii 1594. & in Mediolanensi 3. Februarii 1635. Immo sine speciali privilegio neque lucratur distributiones Inquisitores ipsi, si sint Canonici, & absint propter S. Inquisitionis Officium; Eadem Sacra Congreg. in citatis decretis, & rursus in Romana serenissimi Chori 23. Septembris 1690. Familiaris tribunalis S. Officii non satisfaciunt præcepto annuæ Communione per hoc, quod in Communione generali fieri solita feria quinta in Cena Domini ab Inquisitoribus Eucharistiam sumpserint, sed illam sumere debent à proprio Parocho, ut resolvit Sacra Congreg. Con-

Concil. in Neapolit. 3. Julii 1666. Nec idem Inquisitores cognoscere possunt de adimplemento ejusdem præcepti à suis familiaribus, ut supra inquisitio resolvit apud Card. Albit. de Inconstant. in fide c. 29. n. 51. Card. Petram tom. 3. Comment. ad Const. 20. Innoc. IV. n. 17. Vicarius S. Officii permittens Officialibus secularibus, ut propria auctoritate perquisitionem faciant, incurrit excommunicationem, & datur Archiepiscopo facultas delegandi quicumque Confessarium approbatum pro ipsius absolutione; Sacra Congreg. Immut. 29. Julii 1673. lib. 2. decret. Altit. pag. 824. Vicarius S. Officii ob extractionem factam à loco immuni in personam Sacerdotis ob præteritam celebrationem duarum missarum, censetur incurrisse, & datur facultas ipsam absolvendi; Sacra Congreg. Immut. in Auximana 19. Novemb. 1680. lib. 2. decret. Altit. pag. 2088. Ministri Inquisitoris S. Officii, qui de ejus mandato in causa homicidii P. Vicarii inquisitionis patravit à quodam Religioso fecerunt recognitionem cadaveris in loco immuni, & deinde extraxerunt dict. homicidam à conventu suæ Religionis, & ad carceres S. Officii adduxerunt, ex utroque capite censuras contraxerunt; Sacra Congreg. Immut. in Cremon. 1. Apr. 1704. lib. 3. decret. Vallem. pag. 560. Sacra Inquisitionis officium procedere debet juxta suas facultates, & styllum contra Confessarios exquirētes à penitentibus complexum nomina, si suspecti sint de pravo dogmate; Bened. XIV. tom. 2. constit. 8. incip. Ubi primum: Vide tom. 2. in additione quod verb. Complex, ubi affertur dicta pontificia dispositio. Affertur decretum Sanctæ Universalis Inquisitionis super perpetua inhabilitatione Sacerdotum ad turpia sollicitationum, vel sacrificio missæ abutentium ad sortilegia. Feria V. Die 5. Augusti 1745. In Generali Congregatione Sanctæ Romæ, & Universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino nostro Domino Benedicto divina providentia Papa XIV. & Eminentiss. ac Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam privatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Sanctissimus Dominus nosse sollicitè animadvertens quam grave sit delictum illorum perditorum hominum, qui sacrosancto missæ sacrificio, ac salutaris Penitentis sacramento, ad animarum reparationem à Christo Domino institutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, & quod imposterum Sacerdotes tam Seculares, quam Regulares cujuscumque Ordinis, insituti, congregationis, & societatis, etiam de necessitate exprimentæ, vel in actu Sacramentalis Confessionis, sive illius occasione, aut prætextu ad turpia sollicitantes, vel sacrificium missæ abutentes ad sortilegia, præter penas à Jure, & apostolicis constitutionibus, ac signanter san. memor. Sixti V. & Gregorii XV. contra eodem inflictas, perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad præfati sacrificii celebrationem; Quodque ejusmodi decretum significetur singulis cujuscumque Ordinis Superioribus, ac Præpositis ad hoc, ut de illo, sicut & de prædictis, aliisque Summorum Pontificum constitutionibus, juxta præscriptum in generali decreto Summæ Inquisitionis die 15. Dec. 1633. semel saltem in anno feria sexta post octavam Assumptionis B. M. V. in publica mensa, vel in Capitulo, ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quocumque Generali, vel Provinciali Capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato capitulari congressu suos subditos, ac Religiosos commoneant eurent, ejusdemque communionis coram supra Congregatione juratum Tesimonium exhibeant. Patris Antonii Capellani S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarii. — Loco & Sigilli.

Die 21. Augusti 1745. supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, palatii S. Officii, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Romulatum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem. Quoad extractionem Reorum ad Sacra Inquisitionis Officium spectantium à locis immunitibus ad quæ forte confugerint: Vide novissimum constitutionem Benedicti XIV. quam ad literam attulimus supra verb. Immut. art. 2. num. 158. Hic lubet adjicere decreta duo S. Romæ & Universalis Inquisit. recens edita, tenoris ut sequitur. Hic lubet adjicere decreta duo S. Romæ & Universalis Inquisit. recens edita, tenoris ut sequitur. Noi Fra Alexandro Pio Sauli da Forli dell' Ordine de' Predicatori, Maestro di Sagra Teologia, Commissario Generale della S. Romana ed Universale Inquisizione. AVVERDO Anna Apollonia Manfredi da Perizano Zestella di anni 30. con studiosa invenzioni procurato di esser tenuta in concetto di Santa, con aver vanto visioni, apparizioni di Angeli, della SS. Vergine, & di Gesù Cristo, Stimmate, ed altre cose credute prodigiose, & grazie particolari di Dio. E costando dagli Atti fabricati sopra de cose prodette, & della di lei confessione giuridicamente fatta in questo S. Officio dopo la di lei riduzione alle carceri del medesimo, essere stati inganni, jattanze, falsità, & finzioni rispettivamente le asserite di lei Visioni, apparizioni di Angeli, della SS. Vergine, & di Gesù Cristo, Stimmate, ed altre cose, come sopra credute prodigiose, & grazie particolari di Dio. Per tanto in esecuzione del decreto della Sacra Congregazione del S. Officio, à fine che il pubblico resti disingannato, è per togliere dalle menti di ogn' uno qualunque falsa credenza della santità della medesima, Notifichiamo, & dichiariamo, che la santità della suddetta Anna Apollonia Manfredi è stata affettata, nè finta, & le cose predette sono state rispettivamente false, & supposte; è perciò la medesima è stata ricondannata dal S. Officio alla carcere. Niuno pertanto ardisca in avvenire di asserire, o tenere la suddetta Anna Apollonia Manfredi come Santa per le cose suddette sotto pena ad arbitrio dell' Eminentiss. & RR. Sig. Cardinali Inquisitori. Dato dal Palazzo del medesimo S. Officio questo dì 21. Lugli. 1746. — Fr. Alessandro Pio Sauli Commis. Geog. del S. Officio. — Paolo Antonio Capellano Notario. Die 23. Julii 1746. supradicta notificatio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, palatii S. Officii, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Romulatum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem. DECRETUM. Feria V. Die XXIII. Novembris 1747. In Congregatione Generali Sanc. Romæ, & Universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino nostro Domino Benedicto divina providentia PP. XIV. ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota publica christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Proposita causa contra Sororem Angelam Franciscam Zappata Monialem professam monasterii S. Claretii, & ad presens degentem in monasterio S. Agnetis civit. Astæ Pompeje inquisitam ob affectam Sanctitatem, SS. DD. roster auditis votis supradictorum Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum, decrevit, quod dicta Soror Angela Francisca detineatur in eodem monasterio S. Agnetis in quo nunc degit, ipsique fiat præceptum de non accedendo ad crates, januas, & introscutoria monasterii, & de non scribendo epistolas ab-



neque Superioris licentia sub pena, in casu contraven-

tionis in unoquoque ex dictis capitibus, & carceris for-

malis in eodem monasterio ad annum pro qualibet vi-

nce. Quod diebus Veneris jejuret in pane, & aqua per

quinquennium, & in Sabbatis recitet rosarium inte-

grum B. Virginis usquequod vixerit: insuper quod de-

putetur ei doctus, & prudens confessorius, qui cam

instruat, & dirigat, nec sine ejus licentia accedat ad

Sacram Synaxim.

Quod Præpositus denique Padaverini Carolus Ca-

nonica, Canonicus Franciscus Cuggia, & Sacerdos

Gaspar Antonius Bosco. directores olim præfatæ Mo-

nialis acriter moneantur. Tandem quod hujusmodi de-

heretum publicetur.

Supradictum pontificium decretum à Supremâ, ac

Sacra Congregatione Eminentiss. & Reverendis. DD.

S. R. E. Cardinalium Inquisitorum Generalium sub 2.

currentis mensis Decemb. nobis transmissum, ut jux-

ta mentem S. D. nostri divina providentia PP. Bene-

dicti. XIV. publicaretur; ordinamus ipsum typis man-

dari, & sic impressum publice exhiberi.

In quantum, &c. Fr. Jo. Dominicus Allouus Ord.

Prædicat. Magister. Loco Sigilli. Fr. Jo. Thomas Vi-

in comment. ad constit. apostol. const. 16. Innoc. IV.

num. 26.

Eam non privatam, sed cumulativam esse, concors

est omnium sententia, nam possunt & hodie Episcopi

procedere in causis fidei. In Hispania vero habere

Inquisitores privatam jurisdictionem tenent Sanctarell.

de heret. cap. 40. dub. 2. n. 15. Caren. de Offic. Sacr.

Inquisitionis parti. 1. tit. 4. §. 3. num. 2.

Non aliter tamen Episcopus de jure procedere va-

let in causis fidei, quam cum sui capituli consilio cap.

Ad abolenda, de hereticis. Ceterum consuetudine obti-

nuit, ut procedat inconsulto capitulo. Passerin. in cap.

Per hoc num. 10. de heret. in 6. Farinac. de heret.

quæst. 283. num. 14.

An & prælati pollescent quasi episcopali jurisdic-  
tione procedere valeant in causis fidei, quæstionis est. Af-

firmant autem Passerin. in cit. cap. Per hoc num. 5. de

heret. in 6. & Carena de Offic. S. Inquisitionis parti. 1.

tit. 6. §. 4. num. 14.

Nota vero, quod Prælati Regulares (tametsi habeant

eandem quasi episcopalem jurisdictionem, procedere

haud possunt in causis fidei contra subditos Regulares

ex prohibitione constitutionis Pauli V. quæ incip. Roma-

nus Pontifex: ut in monument Bordon. in tribunal. cap. 27.

num. 1. Salliel. lib. 1. cap. 5. regul. 24. num. 42. Falli-

tur vero hic Auçtor, dum ait, quod Prælati Regulares

habentes quasi episcopalem jurisdictionem procedere nec

possunt in causis fidei contra subditos seculares, ut ob-

IN-

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

INSANA, FABULOSA ET MENDOSA  
propositio.

Vide verb. Propositiones damnatae num. 42.

INSIGNIS, INSIGNITAS.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia collegiata potest esse insignis dupliciter, scilicet vel de jure, vel ex privilegio.
- 2 Quæ sit collegiata insignis de jure.
- 3 Quæ sit collegiata insignis ex privilegio.
- 4 Non omnis collegiata est insignis, sed alia insignis, & alia non insignis.
- 5 Quæ dicatur collegiata insignis.
- 6 Quæ dicatur collegiata non insignis.
- 7 Insignitas collegiata resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate cum onere assumendi gradum magistris, vel doctoratus in jure canonico intra annum.
- 8 Item insignitas collegiata probatur ex relationibus Episcoporum.
- 9 Collegiata non insignis à sua erectione potest progres-  
su temporis declarari insignis.
- 10 Qui locus sit, & debeat reputari insignis.
- 11 Canonici collegiatae insignis tenentur ad diurnam offi-

- 12 Canonici autem collegiata non insignis, quomodo regu-  
lariter tenentur ad assiduum chori seronium,  
tamen ex triplici limitatione ab eo absolvuntur; &  
assignantur tales limitationes.
- 13 Et sufficit si dicte limitationes concurrant alter-  
nativæ.
- 14 Exemptio tamen à diurna officiatara in choro ob-  
mittitatem reddituum durat solum quousque redditus  
non augeantur.
- 15 Collegiata insignis præcedit alii non insignibus, etiam  
si fuerint prius erecta.
- 16 Quomodo erectio collegiatae insignis fuerit cum clausula  
sine alicujus præjudicio.
- 17 Inter collegiatae insignis collegiata antiquior, quæ  
habet insignitatem à jure, præfertur habenti in-  
signitatem ex privilegio posteriori.
- 18 Et sic inter duas collegiatae insignis à jure temper  
præcedere debet antiquior.
- 19 Et hoc procedit, etiam si collegiata insignis posterior  
habeat insignia honorificentiora.
- 20 Immo collegiata insignis antiquior præcedit insignem  
moderatorem; quomodo insignis moderatior habet  
urum pontificatum respectu sui Abbatis & facultatem  
gerendi vocatiōnem, & cappam magnam res-  
pectu suorum Canonicoꝝ.
- 21 Collegiata insignes fere cathedralibus æquiparantur.
- 22 Et quandoque præsertim in limine erectionis conce-  
duntur collegiatae insigni nobilitata insignia quam  
cathedrali.
- 23 Adit. interantar, ad num. 28.

IMPRIMERIO B. B. B. B.

tam ejus administrationem ex qua cetera tribunalia fluere ceperunt, D. Inquisitori generali prædicendo, ut est

patens. Non minori studio D. D. Philippus II. ut simili contagio citius, opportunèque succurreretur, paulo post ac Reg-  
norum habenas assumptis, cupiditate fidem, cultum & religionem propagandi, hæreticos, apostatasque puniendi, fuit  
ei visum necessarium, propria Inquisitionis tribunalia in Provinciis Americanis ad instar Hispanorum erigere; in  
urbe Lima, quæ Peruvii Regni est caput, unum; alterum in Nova Hispania Mexicana Metropoli; tertium  
denique Civitate in Carthaginensi D. D. Philippo III. regnante (4). De quocumque crimine in materia fidei cog-  
noscere, & procedere, Inquisitoribus facultatem competere, nullus est qui ambigat: omnesque huic Sancto Tri-  
bu-

tia divina assistente, carissimus in Christo filius noster  
Carolus Hispaniarum Rex, qui ut accepimus in decimo  
octavo sue ætatis anno constitutus existit, succedenti-  
bus annis nedum virtutes eorumdem Ferdinandi Regis,  
& Elisabeth Regine imitabitur, sed divina favente ele-  
mentia in virtutum earundem exercitio per amplius  
proficiet, ac volentes propterea dictum Carolum Regem,  
& ejus legitimam conjugem pro tempore existentem ti-  
tulo Catholicorum Regum decorare; motu proprio, &  
ex certa scientia, & potestatis plenitudine, dicto Ca-  
rolo Regi, & ejus legitime conjugi pro tempore existi-  
tenti, nomen, & titulum Regum Catholicorum in Dei  
nomine assignamus, eisque, & eorum cuilibet, quod de  
cetero Carolus Rex, & ejus conjux Regina præfati,  
cum eorum nominibus propriis, vel sine illis, Rex, &  
Regina Catholici denominari, & intitulari possint, seu  
quod aut, & quoties verbo, vel scriptis de Rege Catho-  
lico, aut Regina Catholica simpliciter nomine proprio  
non adjecto, mentio facta fuerit, solum, & dumtaxat  
dictus Carolus Rex, & ejus conjux Regina præfati, &  
nullus alius Rex, sive Princeps seculi intelligi debeat,  
auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus.  
§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-  
bus apostolicis, ac omnibus illis, qui dictus Alexander  
Prædecessor in dictis voluit, non obstrare: Nulli ergo  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis  
Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo  
Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno V.

(4) L. 1. tit. 19. lib. 1. Ind. Nostros gloriosos pro-  
genitores, felices, & catholicos filios de la Santa Iglesia  
Catolica Romana, considerando quanto toca à nuestra  
dignidad real, & catolico zelo, procurar por todos

los medios posibles que nuestra santa fe sea dilatada; y  
ensalzada por todo el mundo; fundaron en estos nue-  
stros Reynos el Santo Oficio de la Inquisicion; para que  
se conservè con la pureza, y emereza que conviene. Y  
habiendo descubierto, & incorporado en nuestra real co-  
rona, por providencia, & gracia de Dios nuestro Señor,  
los Reynos, y Provincias de las Indias Occidentales, Is-  
las, y Tierra firme del mar Oceano, y otras partes,  
pusieron su mayor cuidado en dar à conocer à Dios  
verdadero, y procurar el aumento de su santa ley evan-  
gelica, y que se conservè libre de errores, y doctrinas  
falsas, y sospechosas: el Inquisidor Apostolico general  
en nuestros Reynos y Señorios, con acuerdo de los de  
nuestro Consejo de la general Inquisicion, y consulta-  
do con Nos, ordenó, y proveyó, que se pudiese y asen-  
tase en aquellas Provincias el Santo Oficio de la Inquisi-  
cion, y por el descargo de nuestra real conciencia, y de la  
suya, deputar, y nombrar Inquisidores Apostolicos con-  
tra la heretica pravedad, y apostasia, y los oficiales, y  
ministros necesarios para el uso, y exercicio del Santo Ofi-  
cio. Y porque conviene, que le mandemos dar el favor  
de nuestro brazo real, segun, y como catolico Principe,  
y zelador de la honra de Dios, y beneficio de la republi-  
ca christiana, para exercer libremente el Santo Oficio  
Mandamos à nuestros Virreyes: L. 3. s. j. ord. Ordenamos,  
y mandamos, que los tribunales del Santo Oficio de la  
Inquisicion, erigidos, y fundados en nuestras Indias  
Occidentales, esten, y residan en la Ciudad de los Re-  
yes de las Provincias del Perú; y en la Ciudad de Me-  
xico, de las de Nueva España; y en la Ciudad de Car-  
tagena, de las de Tierra firme, y tengan los ministros,  
y distritos que les estan señalados.

LEO EPISCOPUS,  
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad futuram rei memoriam.

P atricus, & æternus Rex, qui cuncta regit, simul  
& terrena, mirabili providentia composuit, ac Reges,  
& Principes super populum suum disposuit, eisdem  
Regibus, & Principibus honorem, & reverentiam per  
ipsum populum exhiberi præcepit, convenit etiam Nos,  
qui ejusdem æterni Regis vice, licet immeriti gerimus  
in terris, eisdem Reges, & Principes, præsertim illos  
quoad progenitorum gloriosa memoria manet in seculo,  
dignioribus titulis, & honoribus, quantum Nobis ab  
eodem æterno Rege conceditur, decorare, ut in regi-  
mine Populorum eis commissorum, eorum humeri ef-  
ficientur fortiores. §. 1. Dudum siquidem fel. rec. Ale-  
xander Papa VI. prædecessor noster ad præclaras virtutes,  
& merita cl. memor. Ferdinandi Regis, & Elisabeth  
Hispaniarum, ad immensas quoque labores, quos  
in expurgatione regni Granatæ adversus peridos Sar-  
raecenos fidei catholicæ inimicos pugnando peruleraur, ac  
quod provida ordinatione eorum Regis, & Regine,  
Judæi, quorum conservatio, & in eorumdem Regis, &  
Regine regnis, & dominiis habitatio valde contagiosa  
erat, ab eis denuo regnis, & dominiis expulsi, insu-  
per Ordines utriusque sexus Religiosi ad observantiam  
regularem informati fuerant, debitum respectum habens,  
ac volens propterea eisdem Regem, & Reginam dig-  
niori nominis titulo decorare, eis, nomina Catholicorum  
concessit, ac voluit quod ex tunc in posterum Ferdinandus  
Rex Catholicus, & Elisabeth Regina Catholica intitulo-  
rentur, & denominarentur, prout in literis desuper con-  
fectis plenius continetur. §. 2. Non sperantes, quod gra-

(2) L. 58. tit. 6. p. 1. Todo ome, que fuese acusa-  
do de heregia: se debe juzgar, & librar por juicio de  
Santa Iglesia. L. 2. tit. 26. p. 7. Los hereges pueden  
ser acusados de cada uno del pueblo delante de los  
Obispos, ó de los Vicarios, que tienen sus lugares:  
L. 1. tit. 3. lib. 8. Herege es todo aquel que es chris-  
tiano bautizado, y no cree los articulos de la santa fe  
catolica, ó alguno de ellos; y este tal, despues que  
por el Juez eclesiastico fuere condenado por herege,  
pierda todos sus bienes, y sean para la nuestra Camara.